UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Timor

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

… cum ratione oſtendant. Sic & Theologiæ myſteri… rationibus probata, ædificiũ quærit. *in Pſ.115.*
… Quemadmodum ſi quis intueri ſolis lucem velit, o… claroremq; reddit ſeipſum, ferme ad eius quem cer… ſimilitudinem mundans, vt ita lux effectus oculus, ſolis … intueri. Aut quemadmodum, ſi quis ciuitatem aut … cere cupiat, pergit ad locum inſpiciendi gratia: Ita … rum aſſequi intelligentiam cupit, abluere prius ani… detergere, & per vitæ morumq; ſimilitudinem, … ſos, vt voto atque inſtituto illis coniunctus, ea et… Deus reuelauit, intelligat. Nam abſque mundicia ani… æmula poſſibile non eſt ſanctorum dicta in… *de Verbo incarnato.*
… *rodami.* Apes exteriora tectoria faciunt ex ſuccis a… quod dulciſſimum eſt, in intimis recondunt: Ita The… quibuſdam allegoriarum corticibus obtegit ſapi… prophanos arcet. *in ſimilib.*

Timor.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

… Græce φόβος,ὁ, & φοβέομαι, timeo dicitur. Hebr. *Cha*… à verbo *Charadh*, trepidauit, tremuit motu corporis … eſt: & *Iireah*, à verbo, *Iare*, timuit, religioſe pertimu… eſt. Hinc ἱερὸς, Sacer, timendus, reuerendus, vene… à ſuis diſcipulis filiali timore colitur, γεραὸς honorabi… nex, γέρας ſenectus. Eſt autem timor, metus mali im… *ſecund. Cic.l.4.Tuſc.quæſt.*
… eſt expectatio mali. *ſecund. Ariſt.l.2.Eth.c.4.*
… eſt ex imaginatione futuri mali corruptiui, ac dolorem … perturbatio quædam ac dolor. *ſecundum Ariſt. libro ſe*…
… inter cæteros animi motus poſt triſtitiam magis obtinet … paſſionis, & eſt ſpecialis paſſio. *ſecundum B. Thom. 1.* … *art.120.*
… diuiditur in ſex, in Segnitiem Erubeſcentiam, Verecun… Admirationem, Stuporem & Agoniam. *ex Ioanne Dama*…
… eſt, qui cuncta fugit, & formidat, nullique reſiſtit. *ſe*… *l.2.Eth.*
… eſt, qui naturaliter timet: timens vero, qui timet ob …

¶ LOCI BIBLICI.

… Hebræorum more pro toto Dei cultu, *Rom.21.20.* pro … *Rom.13.7.* pro religione, *Iob.4.6.* pro reuerentia, eſtque … *Rom.11.20.Epheſ.5.33.Phil.2.12.Heb.4.1.& 11.7.& 12.* … nec repugnat fidei & ſpei, … *Iuda.v.23.* … *Eccl.9.12.& 5.V.5.1.Cor.9.27.& 10.12.Phil.3.v.11.13.Heb.3.* … 3.17. Timor duplex eſt: *Alius* eſt naturæ, quo timore ti… Chriſtus, *Matth.26.38.* *Alius* eſt diffidentiæ, de quo … ille ex imbecillitatis noſtræ, humanæq; naturæ ſenſu eſt, … peccatum eſt per ſe: hic ex incredulitatis noſtræ ſenſu proficiſ… ideoq; vitium eſt. Timor quis vitioſus. *Leu.18.22.Eſa.29.13.1.* … *Ioan.4.18.Apoc.21.18.*
… aliquando totum Dei cultum complectitur, *Luc.1.50.* … & ſignificat idem quod religioſe ac reuerenter colere. … Timoris filialis & ſeruilis diſtinctio trita eſt. … Timiditas nimia damnatur, *Prou.18.8.* in bello periculoſa eſt, … *Iudic.7.3.*

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Timor Dei Deo placet.

Nolite timere, vt enim probaret vos, venit Deus: & vt terror il… eſſet in vobis, & non peccaretis. *Exod.20.*
Dominum Deum tuum timebis. *Deut.6.& 10.*
Vnus eſt Altiſſimus, creator omnium, omnipotens & metuen… nimis, *Eccl.1.*
Serua timorem illius, in illo veteraſce.
Omne execramentum erroris odit Dominus, & non erit amabi… timentibus eum. 15.
Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur … mus tua. 27.
Dominum exercituum ipſum ſanctificate, ipſe pauor veſter, & … terror veſter, & erit vobis in ſanctificationem. *Eſa.8.*
Audite qui longe eſtis, quæ fecerim, & cognoſcite vicini fortitu… meam. Conterriti ſunt in Sion peccatores, poſſidebit timor … pocritas. *ibid.33.*
Me non timebitis? ait Dominus, *Ierem.5.*
Receſſerunt & abierunt, & non dixerunt in corde ſuo: Metua… Dominum Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiam tempora… & ſerotinam in tempore ſuo, plenitudinem annuæ meſſis … ſtodiendum nobis. *ibid.*

Si Dominus ego ſum vbi eſt timor meus? *Malach.1.*
Timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. *Matth.10.*
Oſtendam vobis quem timeatis: Timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. *Luc.12.*
Noli altum ſapere, ſed time. *Rom.11.*
Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, exiſtimetur aliquis ex vobis deeſſe. *Heb.4.*
Timete Dominum, & date illi honorem. *Apoc.14.*
Quis non timebit te Domine rex ſeculorum? *ibid.*

Homini prodeſt ipſum bene ordinando.

Timete Deum, & ſeruite ei perfecto corde, atque veriſſimo, *Ioſuæ 24.*
Seruite Domino in timore. *Pſalm.2.*
Confige timore tuo carnes meas. 119.
Fuerunt igitur gentes iſtæ timentes quidem Dominum, ſed nihilominus idolis ſuis ſeruientes. *2.Reg.17.*
Time Dominum, & recede à malo. Sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio oſſibus tuis. *Prou.3.*
Timor Domini odit malum. *ibid.*
Sapiens timet & declinat à malo. 14.
Per timorem Domini declinat omnis à malo. 15.
Timor domini, diſciplina ſapientiæ. *ibid.*
In timore Domini declinatur à malo. 16.
In timore Domini eſto
Non æmuletur cor tuum peccatores, ſed in timore Domini eſto tota die, quia habebis ſpem in nouiſſimo, & præſtolatio tua non auferetur. 23.
Time Dominum fili mi, & regem. 24.
Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus: qui vero mentis eſt duræ corruet in malum. 28.
Qui timet Deum, nihil negligit. *Eccl.9.*
Deum time, & mandata eius obſerua. 12.
Timor Domini expellit peccatum. *Eccl.1.*
Qui timetis Dominum, credite illi: & non euacuabitur merces veſtra. 2.
Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita ſunt illi. Qui timent Dominum, præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Qui timent Dominum, cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vſq; ad circumſpectionem illius. *ibid.*
In tota anima time Dominum. 7.
Qui timet Deum, faciet bona. 15.
Qui timet Deum, conuertetur ad cor ſuum. 21.
Conſummatio timoris Dei ſapientia, & ſenſus. *ibid.*
Timor Dei initium dilectionis eius: fidei autem initium adglutinandum eſt ei. 25.
Timuerunt me mandato hominum & doctrinis. *Eſa.29.*
Dabo eis cor vnum & viam vnam, vt timeant me vniuerſis diebus, & bene ſit eis, & filiis eorum poſt eos. *Ierem.32.*

Plene remunerando.

Quis ſimilis tui in fortibus Domine? quis ſimilis tui: magnificus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia? *Exod.15.*
Noli timere, fili mi, pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato & fecerimus bene. *Tob.4.*
Timor Domini, ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo, intelligentia. *Iob,28.*
Timete Dominum omnes ſancti eius. *Pſalm.34.*
Dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum. 61.
Beatus vir qui timet Dominum, potens in terra erit. Gloria & diuitiæ in domo eius. 112.
Voluntatem timentium ſe faciet. 145.
Timor Domini apponet Dies. *Prou.10.*
In timore Domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit ſpes. Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. 14.
Timor Domini ad vitam, & in plenitudine commorabitur abſque viſitatione peſſimi. *Prou.19.*
Finis modeſtiæ, timor Domini, diuitiæ & gloria & vita. 22.
Timor Domini gloria & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. *Eccl.1.*
Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die obitus ſui benedicetur. *ibid.*
Plenitudo ſapientiæ eſt, timere Deum.
Qui timetis Dominum, ſperate in illum, & in oblectationem veniet vobis miſericordia. Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra. 2.
Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Dominum. 10.
Oculi Domini ad timentes eum. 15.
Agnoſcent, qui derelicti ſunt, quoniam nihil melius eſt quam timor Dei. 23.
Beatus homo, cui donatum eſt habere timorem Dei. 25.
Timor Dei ſuper omnia ſe ſuperpoſuit. *ibid.*
Qui timet Dominum, excipiet doctrinam eius, & qui vigilauerint ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rint ad illum, inuenient benedictionem. 32.

Timenti Dominum non occurrunt mala, ſed in tentatione Deus illum conſeruabit, & liberabit à malis. *Eccl.* 33.

Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipſe eſt ſpes eius. Timentis Dominum beata eſt anima eius. Oculi Domini ſuper timentes eum, 34.

Facultates & virtutes exaltant cor, & ſuper hæc, timor Domini. Non eſt in timore Domini minoratio. Timor Domini ſicut paradiſus benedictionis. 40.

Salus erit timentibus nomen Domini. *Mich.* 5.

Orietur vobis, timentibus nomen meum, ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius, & egrediemini, & ſalietis, ſicut vituli de armento, *Malah.* 4.

Miſericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. *Luc.* 1.

Timor humanus, vitioſus.

Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix. *Iob.* 6.

Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. *Pſalm.* 14.

Qui timet hominem, cito corruet. *Prou.* 29.

Sicut ornatus arenoſus in pariete limpido, & ſicut paleæ in excelſis, & cæmenta ſine impenſa poſita contra faciem venti, non permanebunt: ſic cor timidum in cogitatione ſtulti contra impetum timoris non reſiſtet. *Eccl.* 22.

Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. *Matth.* 1.

Dico vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent amplius quid faciant. *Luc.* 12.

Quis eſt, qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? Timorem eorum ne timueritis, & non conturbemini. 1. *Pet.* 3.

Contemptus eius virtuoſus.

Firmamentum eſt Dominus timentibus eum. *Pſalm.* 25.

Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? 27.

In Deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi homo. 56.

Ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum: Dominus enim erit in latere tuo. *Prou.* 3.

Seruus meus es tu: Ne timeas, quia ego tecum ſum. *Eſa.* 41.

Ne timeas, ego audiui te. *ibid.*

Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo. Cum tranſieris per aquas, tecum ero? & flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. 43.

Audite me, qui ſcitis iuſtum, populus meus, lex mea in cordibus eorum: Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis, & ſicut lanam deuorabit eos tinea. 51.

Quis tu, vt timeas ab homine mortali & à filio hominis, qui quaſi fœnam, ita areſcet? & oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cœlos, & fundauit terram. *ibid.*

Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego ſum, vt eruam te, dicit Dominus. *Ierem.* 1.

Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Rom.* 8,

¶ Patrvm Sententiae.

Quando timore pœnæ, non amore iuſtitiæ fit bonum, nondum bene fit bonum, nec fit in corde, quod fieri videtur in opere, quando mallet homo non facere, ſi poſſet impune. *Aug. cont. Pelag. l.* 2.

Quid timet hominem homo in ſinu Dei poſitus? Tu de illius ſinu noli cadere: quicquid ibi paſſus fueris, ad ſalutem valebit, non ad perniciem. *De verb. Dom.*

Timor præſens ſecuritatem generat ſempiternam. Time Deum, qui ſuper omnes eſt, & hominem non formidabis. *ſuper Pſalm.*

Timor Dei corrigit, timor hominum differt actione, ſed voluntatem non aufert, ſed auidiores reddit ad crimen, quod aliquando ſuſpendit à crimine. *Hier. ſuper Matth.*

Qui Deum timet, nihil negligit: timere Deum eſt, nulla quæ facienda ſunt bona præterire. *Greg. in mor.*

In via Dei à timore incipitur, vt ad fortitudinem veniatur: nam ſicut in via ſeculi audacia fortitudinem gignit. *ibid.*

Quum quis in timore adhuc bona agit, à malo penitus non receſſit: quia eo ipſo peccat, quod peccare vellet, ſi inulte potuiſſet. *ibidem.*

Nullum genus mortis bono & rectę viuenti metuendum eſt. *ibidem.*

Si adhuc à praua actione formidata pœna prohibet, profecto formidantis animum nulla ſpiritus libertas tenet: nam & ſi pœnam non mereret, culpam proculdubio perpetraret. *in paſſ.*

Ignorat itaque gratiam libertatis quem ligat ſeruitus timoris.

Cum ex peccato præſens pœna metuitur, & annexa Dei facies non amatur, timor ex timore, non ex humilitate. *ſup. Iob.* 3,

Noueris te, vt Deum timeas, noueris ipſum, vt æque ipſum diligas, in altero initiaris ad ſapientiam, in altero conſummaris. quia initium ſalutis timor Domini, & plenitudo legis eſt charitas, quemadmodum ex notitia tui venit in te timor Dei, atque ex Dei notitia, Dei itidem amor: ſic è contrario de ignorantia tui ſuperbia, & de Dei ignorantia venit deſperatio. *Bern. ſup. Cant. ſerm.* 17.

Deum time, & mandata eius obſerua: hoc e
go ſi hoc eſt omnis ho o, abſque hoc nihil
ſerm. 20.

Fugit ouis tremebunda veniente lupo, a
tremens accipitre viſo: de cauerna mus exire
ambiente caro, & tu videns furem currebas
Epiſtola.

Facile deuiat à iuſtitia, qui in cauſis non Deu
timeſcit: hic timor peccandi facultatem diffe
tem auferre non poteſt, ſolus eſt Dei timor, qui
gat crimina, innocentiam ſeruat, & omnibus
tatem. *Chryſ. in ſerm. de Ioan. Bapt.*

Principium noſtræ ſalutis ſapientiæque, fe
timor Domini eſt. De timore Domini naſcitur
taris. De compunctione cordis procedit abrenu
tas & contemptus omnium facultatum. De nu
creatur. De humilitate mortificatio voluntatum
luntatum mortificatione extirpantur atque ar
Vitiorum expulſione virtutes fructificant, atque
tutum pullulatione puritas cordis acquiritur, p
Apoſtolicæ charitatis profectio poſſidetur. *Caſ*

Si amor Dei te tenere non poteſt, ſaltem tene
iudicis, metus gehennæ, laquei mortis, dolore
vermis corrodens, ſulphur fœtens, flamma tarta
la, *Hugo. l. 3. de anima.*

Breuis & plena commonitio: quæ Domino
ſeruitur. Nam ſicut remiſſa ſecuritas culpas adm
ſiderabilis delicta ſemper excludit. *Caſſ. in Pſalm.*

Humanus timor diffidentiam tribuit: diuinus
menta concedit. *In Pſalm.* 24.

Qui Deum bene timet, & amat: qui bene amat
in cœleſti deuotione ſociatæ ſunt. *In Pſalm.* 32.

Cum audis, quod Dominus tuus dulcis eſt, atten
cum audis, quod rectus, attende quid timeas, v
Dei excitatus legem eius cuſtodias. *Caſſ. in Pſalm.*

¶ Poeticæ Sententi

Euripid. in Meleagro.

Δειλοὶ γὰρ ἄνδρες οὐκ ἔχουσιν ἐν μάχῃ
Ἀριθμόν, ἀλλ' ἄπεισι, κἂν παρῶσ' ὅμως.
Viri enim timidi nullum habent in pugna
Numerum, ſed præſentes abſunt.

Euripid. in Iphigen. in Tauris.

Haud ſane ſapientem eſſe illum iudico, qui
Miſericordia metum mortis ſuperare vult.

Idem in Phryxo.

Ἀνὴρ δ' ὃς εἶναι φῂς, ἀνήρος οὐκ ἄξιος,
Δειλὸν κεκλῆσθαι, καὶ νοσεῖν αἰσχρὰν νόσον.
Tu quidem virum te eſſe dicis: ſed indignum
Timidum vocari, & morbo laborare turpi.

Philemon in Enchiridio.

Καλὴ μὲν ὄψις ἐν δὲ δειλαίαις φρένες.
Bona quidem facies: at intus latet trepida
Οὐ τοῖς ἀθύμοις ἡ τύχη ξυλλαμβάνει.
Timidos fortuna non iuuat.

Idem in Archelao.

Ὁ δ' ἡδὺς αἰών, ἡ κακή τ' ἀνδρεία,
Οὔτ' οἶκον, οὔτε πόλιν ὀρθώσειεν.
Vita mollis, & mala timiditas,
Neq; domum, neq; ciuitatem recte gubernauerit.

Plaut. in Moſtell.

Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non

Lucan. Pharſal. lib. 4.

Audendo magnus tegitur timor.

Ibid. lib. 7.

Multos in ſumma pericula miſit
Venturi timor ipſe mali, fortiſſimus ille eſt,
Qui promptus metuenda pati.

Iuuen. ſatyr. 10.

Quid enim ratione timemus,
Aut cupimus? Quid tam dextre pede concipis, vt te
Conatus non pœniteat, votique peracti?

Virg. Æn. 2.

Degeneres animos timor arguit.

Horat. in Epiſt. l. 1. Epiſt. ad Lollium.

Qui cupit, aut metuit, iuuat illum ſic domus aut res,
Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagrum:
Auriculas citharæ collecta ſorde dolentes,
Sincerum eſt niſi vas, quodcunq; infundis aceſcit.

Senec. in Troade.

Miſerrimum eſt timere, cum ſperes nihil.
Leuius ſolet timere, qui propius timet.

Laodamia Proteſilao apud Ouid. Epiſt.

Nos ſumus incertæ, vos anxius omnia cogit,
Quæ poſſunt fieri, facta putare timor,

Idem 6. Faſtorum.

[…]erat Vires corpori ipſe timor.

Epiſt.14. Hypermneſtra Lino.

[…]ſubtrahit ipſe timor.

Octauo Æneid. Virg.

Fugit ilicet ocyor Euro,

[…]camq́; petit, pedibus timor addidit alas.

Ouid.lib.3.Faſtor.

[…] & velox humili ſuper auſa feneſtra

[…]it: audacem fecerat ipſe timor.

[…]que metu rapitur: tunica velata recincta

[…]rrit, vt auditis territa damna lupis.

Martial.l.11.Epig.in Teleſphorum.

[…] ſi me tonſor, cum ſtricta nouacula ſupra eſt,

[…] libertatem, diuitiaſq́; roget?

[…]ttam: nec cum roget illo tempore tonſor,

[…] rogat, res eſt imperioſa timor.

Stat.lib.3.Theb.

[…]uigilant animo ſceleriſq́; patrati

[…]ſcitum exercent curæ, tunc plurima verſat

[…]ſimus in dubiis augur timor.

Ouid.l.3.de Pont.ad amicum innominatum,

[…] mitem animum vano infamare timore.

[…]a quid in placidis ſaxa vereris aquis?

Senec.in Herc.fur.

[…]bine magno ſpes ſollicita

[…]ibus errant, trepidiq́; metus.

Virg.lib.12.Æneid.

[…]membra nouus ſoluit formidine torpor,

[…]ctaque horrore comæ, & vox faucibus hæſit.

Idem 3.Æned.

[…] vero ancipiti mentem formidine preſſus

[…]lapus, ſteterúntq́; comæ, & vox faucibus hæſit.

Ouid.l.6.Metam.fab.1.de Arachne.

[…]d mihi tunc animi miſera fuit, anne quod agna eſt,

[…] lupos audit circum ſtabula alta frementes?

[…] lepori, qui vepre latens hoſtilia cernit

[…]cannm, nullos audet dare corpore motus.

[…]pat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus.

[…]uleiq́; cadunt toto de corpore guttæ.

Idem lib.1.Faſtorum.

[…] ſater ancipiti mirandus imagine Ianus

[…]na repente oculis obtulit ora meis.

[…]tui, ſenſiq́; motu riguiſſe capillos:

Et gelidum ſubito frigore pectus erat.

Lucan.lib.1.bell.Pharſal.

[…]riguere metu, gelidus pauor occupat artus,

Et tacitos muto voluunt in pectore queſtus.

Idem lib. 4.

Tum frigidus artus

[…]ligat atque animum ſubducto robore torpor

Plaut.in Amphitr.

Timeo: totus torpeo.

[…]e edepol nunc vbi terrarum ſim ſcio ſi quis roget,

[…] miſer me commouere poſſum præ formidine.

Idem in Truculento.

Neq; viuus neq; mortuus ſum, neq; quid nunc faciam ſcio.

Neq; vt hinc abeã, neq; vt ad hunc adeã ſcio, timore torpeo,

Stat.lib.2.Thebaid.

[…]lue metus animo, dabitur mihi crede, merentum

Conſiliis tranquilla dies.

Idem 5.Theb.

Talia cernenti mihi, quantus in oſſibus horror,

Quiſue per ora color? qualis cum cerua cruentis

Circumuenta lupis, nullum cui pectore molli

Robur, & in volucri tenuis fiducia curſu

Præcipitat, ſuſpenſa fugam iam iamq́; teneri

Credit, & illuſos audit concurrere morſus.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

[…] ἱτέρους δέδοικε, δοῦλος ὢν λέληθεν ἑαυτόν.

[…]quis alios metuit, ſeruus eſt, licet neſciat. *Antiſthenes Phi-*

[…]a ſane mala plus terrere ſolent eos, qui ipſa futura expe-[…]am vbi iam acciderint moleſtare. Metus enim tam impro-[…]t multi rem, quam metuant, ipſimet anticipent. Vt qui […]mpeſtate periclitamur, non expectata ſubmerſione nauis, […]i prius inferunt. *Diogen. Cynicus.*

[…] ἔφησε, τὴν ἀγωνίαν τοῦ λέγειν πέδην εἶναι.

[…]ides orator timorem eſſe vinculum orationis aiebat.

[…] timidis hominum eſt loco feſti: Ægrotantes enim ad […]n prodire non coguntur. *Antiphon.*

[…]dicamur, an vt homines timidi iuſti ſint fieri poſſit: nam […]o ipſis contrario ſunt, hoc eſt, audaces iniuſtos eſſe de-[…]mus, eo quod plurima per vim faciant. Eſt autem timi-[…]ruptio legitimi iudicii de rebus metuendis, aut non me-tuendis, aut ignorantia terribilium, non terribilium & neutrorum. Quomodo igitur, qui corruptis & illegitimis opinionibus in vita detinentur, iuſti eſſe poſſent? Non enim quaſuis res recte æſtimabunt, non permittente ipſos animi timore quamlibet quæſtionem aggredi. *Hierocles in lib. de iuſtitia.*

Fingamus, exempli cauſa, belligeranti & in acie ſtanti hinc fortitudinem, illinc timiditatem aſſiſtere: quantum putas diuerſas orationes habebunt? Nonne fortitudo quidem permanere iubebit, & ordinem ſuum conſeruare? ſed ingruunt tela: ſuſtinendum eſt. Aut vulnerabor: tolerato, ſed moriar, morere potius, quam relinquas aciem. Hæc oratio dura videtur, & immitis. Contra vero timiditatis humana, per Iouem, atque mollis. Nimium enim recedere iubet trepidantem: ſed ſcutum ægre fero, abiicias. Moleſtat me thorax, ergo reſolue. Cui non hæc verba benigniora viderentur, quam illius? [illegible]den' vt hic magnum ſit vtrinque diſcrimen? ſed quis neſcit huiuſmo[illegible] quidem munus pernicioſum ſuſcipientibus eſſe, contrarium vero [illegible]utare. *Demetr.*

Qui vero minus ex[illegible]ſcit, eum timidum ac meticuloſum dicimus: qui nec in eo ſolum peccat, quod etiam non metuenda pauemus, ſed quod ea, quæ timenda [illegible] nequaquam, vt oporteat, timeat. Itaq; trepidat, horreſcit, pallet, [illegible]tanimus, metu membra quatitur: quæ res efficit, vt quam hic a metu vincitur, tam illic a fiducia deſeratur: nec ſolum viribus defectus, verum etiam ſpe deſtitutus. Siquidem cuncta nimium formidantem, neceſſe eſt ſpe quoque deſtitui. Habet metus animi fractionem, & quaſi fugam: itaque meticuloſos non res ſolum atque pericula, verum rumores ipſi etiam incerti, & vani, & [illegible] (vt dicitur) vmbra perſæpe terret. *Pontanus in libello de fortitudine bellica & heroica.*

Qui inſidias timet, in nullas incidet, nec cito perit ruina, qui ruinam timet. Semper enim metuendo ſapiens vitat malum.

Nam inimicum, quamuis humilem, docti eſt metuere, iuxta illud.

Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum.
A cane non magno ſæpe tenetur aper.
Cauſa puſilla nocet, ſapiens nocentia vitat.

Timidus quidem arma contra ſeipſum habet, ſtultus autem pecunias. *idem de ſent. orator.*

Quemadmodum timidi, & qui nauſeæ nauigando obnoxii ſunt, æſtimantes ſe meliuſcule habituros, ſi ex acatio in gaulum rurſumque ſi in triremem commigrarint: nihil tamem proficiunt, bilemque timiditatemque ſecum circumferentes: ita aliud vitæ genus non eximit animo ea, quibus grauatur, & perturbatur, hoc eſt, rerum inſcritiam, & rationis imperfectionem, ac id vitium, quod non poteſt, neque callet recte præſentibus vti. Hæc ſunt, quæ diuites grauant, aut pauperes. *Plut. de animi tranquillitate.*

Beneuolentiæ vis eſt maxima, metus imbecillis. *Cic. 2. Offic.*

Nulla vis imperii tanta eſt, quæ mente metu poſſit eſſe diuturno. 1. *Offic.*

Timor non diuturni magiſter eſt officii. *Philip. 2.*

Malus eſt cuſtos diuturnitatis metus, contraque, beneuolentia fidelis eſt ad perpetuitatem: id igitur amplectamur, vt metus abſit, charitas retineatur, 2. *Offic.*

Nos & venturo torquemur, & præterito, multa bona noſtra nobis nocent, timoris tormentum membra reducit, prouidentia anticipat, nemo tantum præſentibus miſer eſt. *Sen. 13. epiſt.*

Plura ſunt, quæ nos terrent, quæ præmunt: & ſæpius opinione amplius laboramus, quam re. Cito accedimus opinioni, & ſic vertimus terga, quemadmodum aliquos puluis motus fuga pecorum exuit caſtris, aut quos aliqua fabula ſine authore conterruit: neſcio quomodo vana perturbant. Vera enim modum ſuum hbbent, veriſimile eſt, aliquid futurum mal, non ſtatim verum eſt quam multa inexpectata venerunt: quam multa expectata nunquam comparuerunt. *ibid.*

Quid prodeſt mala accerſere, & præſens tempus futuri metu perdere? Stultum eſt, quaſi ante futurus miſer, eſſe iam miſerum. Quicquid vereris ne eueniat, euentu vtiq; propone, & quodcunque eſt illud malum, totum ipſe metire, actorem tuum taxa. Intelliges aut non magnum, aut non longum eſſe, quod metuis. *Epiſt. 24.*

Stultitia eſt timore mortis mori. Venit qui occidat, expecta quod occupet. Cur ſuſcipis alienæ crudelitatis procurationem? Vtrum inuides carnifici tuo, an parcis. *Epiſt 71.*

Quemadmodum aues inanis fundæ ſonus territat? Ita nos non ad actum tantum excitamur, ſed ad ſtrepitum, inter ſuſpecta male viuitur. Infirmus animus, antequam malis opprimatur, queritur, præſumit illa, & ante tempus cadit. Quid autem dementius, quam augi futuris, nec ſe tormento reſeruare, ſed accerſere ſibi miſerias. *Epiſt. 75.*

Nemo tam timidus, vt malit ſemper pendere, quam ſemel cadere. *Epiſt. 22.*

Quod nimis volunt miſeri, hoc facile credunt. Imo quod metuunt nimis, nunquam amoueri nec tolli putant. *In epiſt.*

Quemadmodum pernicioſior eſt hoſtis fugientibus, ſic omne fortuitum incommodum magis inſtar timenti & auerſo. *Epiſtola. 79.*

Qui inſidias timet, in nullas incidet: nec cito perit ruina, qui ruinam timet. Semper enim metuendo ſapiens vitat malum. Nam inimicum, quamuis humilem, docta eſt munere, iuxta illud:

Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum.
A cane non magno ſæpe tenetur aper.
Cauſa puſilla nocet, ſapiens nocentia vitat.

Idem de ſent. orator.

Multos in ſumma pericula miſit venturi timor ipſe mali, fortiſſimus ille eſt, qui promptus metuenda patitur. *ibid.*

Quæ dementia eſt fugere, cum retroire non poſſis? Quotidie damnatur, qui ſemper timet. Res vera eſt, quod qui à multis timetur, multos timet. Peius eſt regibus, quam ſæuientibus reuera: quia iſti ſingulos, illi vniuerſos timent. *in Prou.*

Stultum eſt timere, quod vitari non poteſt. Tutiſſima eſt res, nil timere præter Deum. Timidum non facit animum, niſi reprehenſibilis vitæ conſcientia mala. *ibid.*

Fieri poteſt, vt eandem quis & nimium & parum metuat: etiam vt quæ non ſunt pertimeſcenda, atque alia timeat. Hinc peccata naſcuntur: aliud quod timeatur, quod timendum non eſt: aliud quod non metuatur aliquid, tum cum metui debet: & ſi qua ſunt, generis eiuſdem. *Lib.3.Eth.c.7.*

Impoſſibile eſt timere ſimul atque iraſci. *Lib.2. Rhet. ad Theodect.cap.3.*

Timemus ea omnia, quæ moleſtiam terroremque adferunt: quæ eadem, vt ſemel dicam, mala ſunt. Itaque metum definiunt, mali expectationem *Lib.3 Eth.c.6.*

Ea metuimus omnia, quæ mala ſunt, vt dedecus, vt paupertatem. & amicorum penuriam, morbum, mortem: ſed tamen non in his omnibus fortis cernitur. *Lib.3.Eth.c.6.*

Timores ad menſuram adducti, moderatique, virtuti ſunt augmento. *Lib.1.magn.mor.c.5.*

Timor ſeu metus eſt dolor quidam, & trepidatio animi ex cogitatione profecta futuri mali: quod aut perniciem, aut moleſtiam videatur adaugere. *Lib.2.Rhet.c.5.*

Iis, qui in metu ſunt, partes extremæ refrigerari ſolent: calor autem, qui pedetentim fugit, & contrahitur, facit motum, ita in anguſtum locum compulſus, vt interdum animantes metu, affectioneque, quæ morbum parit, enecentur. *Lib de Reſpiratione, c.8.*

Nec vero eadem ſunt formidoloſa omnibus, eſtq; aliquid, quod perferre homo poſſit, quod omnes profecto, qui ſani ſunt mente, pertimeſcent. *Lib.3.Eth.c.7.*

Fortitudinis contrarium timor eſt. *Lib.1. Rhetor. ad Theodect. capito 9.*

Qui natus eſt eiuſmodi, vt metuat omnia, etiamſi mus ſtrepitum edat, beluarum ſimili quadam ignauia timidus eſt habendus & qui muſcipulam vi morbi timeat. *Lib.7.Eth.c.5.*

Timor frigiditas quædam eſt. *Lib.2.Rhet.ad Theodect.c.13.*

Si timor eſt cum expectatione corruptiuæ paſſionis, manifeſtum eſt neminem timere, quum arbitretur nihil ſe paſſum: nec ea quæ non putat pati, nec eos, à quibus non putat: nec tunc, quando non putat. Quare neceſſarium eſt eos timere, qui ſe aliquid paſſuros arbitrantur, & ab iis, & ad hæc & tunc. *ibid.*

Nunc cuncta timemus mala ſed quæcunque vel magnos dolores, vel corruptiones adducunt. *ibid.*

Timidi ac ignaui ad deſperationem formidine properant. *Tacit. hiſt.lib.2.*

Anxiis ſuſpenſiſq; frequenter vanæ ac inanes remotiſſimarum rerum imagines deceptis ſenſibus offeruntur, *P. Iouii, hiſt.l.3.*

Nimia in republica timiditas viri ad omnem ſtrepitum expaueſcentis, nihil audientis, peſſimiſq; ſeſe ſubmittentis, grauiſſimas meretur reprehenſiones. *Plut.in compar. Niciæ & Craſſi.*

Principum timiditas, maxima eſt cauſa cædium: fiducia ſui placidos eos & manſuetos, & à ſuſpicionibus vacuos reddit. Ita ferarum quoque eæ quæ à cicuratione ſunt alieniſſimæ, timidæ ſunt & omni ſtrepitu terrentur: generoſæ autem non aſpernantur huiuſmodi blandam tractationem, qui propter fiduciam ſui facilius aliis ſe cōmittunt. *idem, in Artaxerxe.*

Hæſitabunda & formidoloſa peritia egregium aliquid audere haud quaquam conſueuit. *Procop.de bello Goth.2.lib.*

Pro patriæ ſalute timidum eſſe, indecorum non eſt, propter hominum de ſe opinionem, calumnias, aut reprehenſiones perterrefieri, id iam non viro qui aliis imperet conuenire videtur, ſed qui eorum ſeruus eſſe velit, quibus male ſentientibus eum imperare decet. *Plut.in Fabio Max.*

Canis timidus vehementius latrat quam mordet. *Curt.l.7.*

Non ſine cauſa dicitur, matrem timidi flere non ſolere. *Æmil. Probus in Thraſybulo.*

Non minus ad temeraria conſilia timidus ex deſperatione, quam temerarius ſua temeritate conuertitur. *Fr.Guicciard.hiſt.l.1.*

Sine animi præſentia ars contra periculum nihil prodeſt. Timor enim memoriam excutit, & ars amittitur animo languefacto. *Thucyd.lib.1.*

Externus timor, maximum corcordiæ vinculum. *Liuius, Decad.1.lib.2.*

Ad id quod ne timeatur fortuna facit, minime tuti ſunt homines: quia quod neglexeris, incautum habeas atq; ... *Decad.3.lib.5.*

Nobis prius decedat timor quam aliis vltro infer... *cad.3.lib.8:*

Semper in prælio iis maximum eſt periculum, qui ... ment, audacia pro muro habetur. *Salluſt. de coniurat. ...*

Quodcunque auditur ſubſidio, id corrumpitur ti... tium. *Caſ.lib.de bello ciuil.*

Plerunque in ſummo periculo Timor miſericordi... pit. *Idem.lib.7.*

Hæc natura eſt magnis timoribus, vt quod euen... dant. *Tacit. Annal.l.15.*

In periculis Reip. qui ſingulatim pertimeſcunt, in ... quam in virtute opprimentur. *Iul.Capit.in Max.& ...*

Timor mentem agens attonitam non ſinit ... *Procop de bell.Perſ.l.2.*

Miſericordiam haudquaquam recipit timor. ... *Goth lib.3.*

Montium vertices hoſtium ſpeciem præbent, anim... re oppreſſo. *G.Pachym.hiſt.l.3.*

In turba promiſcua non deſunt, qui etiam nulla ... ueſcant. *G.Pachym.hiſt.lib.4.*

Sæpe vanos timores, non minus quam nimiam ... nocere, eſt cogitandum. *Fr.Guicciardin.hiſt.lib.7.*

Dei metus longe timorem abigit à viris potent... rum potientibus incuſſum. *Conſt.Magn.Ann p.34.*

Timere homines, Dei vero metum abiicere, ... ſit metuendum ignorat. Sed diuinas leges timere ... ritas, quicunq; terror obiiciatur. *G.Pachym.hiſt.l....*

Sæpe accidit, vt conſilia, timore ſuſcepta, pericul... timet videantur. *Guicciard.hiſt.l.1.*

Accidit plerunque, vt homines ea conſilia, quæ ... ſummoque animi vigore ante diſcrimen inita, de... ſenti periculo, quum facto maxime opus eſt, timidiſ... dent. *P.Iou hiſt.lib.3.*

§ SIMILITVDINES.

Syracidæ, Connexio lignea ligata in ædificium, ... non diſſoluetur: Sic confirmatum in cogitatione ... tempore timore non timebit. *Eccl.c.22.*

Suſtentacula in alto poſita contra ventum non ... Sicut cor timidum in cogitatione fatui contra ... non ſuſtinebit. *Eccl.c.22.*

Chryſoſtomi, Sicut qui Dei iudicii obliuiſcitur, ... abiecto in precipitium defertur (inquinatæ autem ... omni tempore, & cauſam affert, auferuntur iudicia ... Idem quem continuus hic percellit timor, modeſte ... ingreditur. Recordare nouiſſima tua, inquit, & ... peccabis. *Hom.38.in Ioan.*

Quemadmodum quæ manu tenemus, digitis ſtring... tu interdum excidunt omnia, diſſolutis neruis noſtr... vigore remiſſo. Ita profecto contingit publice dictur... multis laboribus confectam ſtructiſſimamq; habeat ... in doctorum virorum corona obliti rerum, penitus ... *Hom.4, Cum presbyter eſſet deſignatus.*

Themiſtoclis, Vt piſces qui gladioli vocantur, habent ... ma, ſed his non vtuntur: His ſimiles ſunt ii, qui in... & bene armatam aciem, ſed timidi hoſtem non agg... *Plut.in Græcor.Imper.apoph.*

Senec. Semper futurum aliquid, quod te offendat ... bernator nunquam ita totos ſinus explicuit ſecurus, ... te ad contrahendum armamenta diſponere. *Lib.2.de ...*

Auguſtini, Non poteſt melius explicari, quid inter ... timores, caſtum, & eum, quem foras mittit charitas, ... mar itatas: quarum vnam ita conſtituas volentem ... um, delectari nequitia, ſed tamen ne, damnetur à viro ... roſa eſt viri præſentia. Tales ſunt, qui timent ne ve... ne damnentur: Fac alteram amare virum debere ill... x u s, & nulla ſe adulterii immunditia maculari, opt... viri. Vtraque timet. Vox vna, diuerſus animus, illa ... illa timet, ne diſcedat. O anima: quæ ſic times Deum ... quomodo mulier virum quam delectat nequitia: ... diſplicet mulier illa, diſplice & tu tibi. Si forte habes ... quid vis, vt ſic timeat te vxor tua ne damnetur abs te, ... illam nequitia: ſed pondere timoris tui reprimatur, ... ne iniquitatis? Caſtam eam vis, vt te diligat, non ... hibere talem Deo, qualem vis habere vxorem. Timet ... viri offendat: latet eum, peccat: ſed tu non potes ... Vultus eius ſuper facientes mala. Tu ergo non times ... quem fallere non potes? Caſtus timor ait: Quandoq; ... cauet, obſeruat ſe à peccato, ne deſeratur, non vt puniatur ... *Ioan.tract.9.*

Ciceronis, Vt qui mortem in malis ponit, non poteſt ... timere: Sic nemo vlla in te poteſt id, quod malum ... curare, idque timere. *Lib.3.de finib.*

Laurentii Iuſtiniani patriarchæ, quemadmodum ...

...us: Sic omne fortuitum incommodum magis
... *In lib. de ligno vitæ, c.3.*
...ibus terribilis eſt in fugaces, fugax contra inſe-
...lum, ſi concedas, ac metuas, tum ferociunt: ſi
...&obſiſtas, ſtatim concedunt. *Lib.8.c.25.*
...qua pauidiſſimum animal, ſubinde colorem mu-
...non pollent, ad varias artes confugiant neceſſe
...*Lib.8.c.8.*
...fixos habet corpori clauos, ad nullum opus eſt
...ibus totus occupetur: Sic qui metu Domini co-
...ad ea, quæ non decet, non manus actionibus ve-
...nihil deniq; vel minimum vel maximum contra
..., quaſi dolore quodam propter minatum Dei
...*Apud Max ſerm.24.*
...Timor Dei ſic vulnerat, quomodo medici ferra-
...tollit, & videtur quaſi vulnus agere. Ecce pu-
...in corpore, minus erat vulnus, ſed periculoſum.
...medici: minus dolebat illud vulnus, quam
...curatur, quam ſi non curaretur. Sed ideo plus do-
...dicina, vt nunquam doleat, ſuccedente ſalute:
...timor, & inducta charitate, ſuccedat cica
...medici. Talis eſt medicus, vt nec cicatrices appare-
...dextræ ipſius. Nam ſi ſine timore es, non poteris
...go eſt, vt primo timor intret, per quem veniat
...*in Epiſt. Ioan. tract.9.*
...*Clementiani,* Sicut in cœlis Angeli, qui ſpiri-
...ſunt, docente Paulo, voluntati diuinæ, vtpote
...modant: Ita eandem maieſtatem venerentur in
... Et quemadmodum concordia illi, inculpabili cha-
... in laude Dei videntur iugiter inhærere: Ita nos in
...amore iubemur ſine labe viuere. *in expoſitione orat.*

Adagia.

...metuere. τὴν αὐτοῦ σκιὰν φοβεῖσθαι, *Plato.*
...*pueriliter trepidant, vbi nihil omnino ſit periculi*
...dicunt. Er förcht ſeinen Schatten. Item, Er förcht
...der Wandt.
...proſpiciente. δειλότερος εἰ τοῦ παρακύπτοντος, *Suidas.*
...ſandro. δειλότερος Πεισάνδρου. *Zenodot.*
...*& hoc in immedice formidoloſos.*
.... Ἐπειοῦ δειλότερος.
...*pauido dicebatur.*
...tus. δειλὸς ὁ Πλοῦτος.
...*vulgo iactatam inducit opulentia timiditatem,*

...λέγουσι πάντες,
...ἐστ᾽ ὁ πλοῦτος.
...*omnes dictitant,*
...*quiddam eſſe diuitias.* Iuuenal.
...*portes argenti vaſcula puri,*
...*ingreſſus gladium contumq; timebis,*
...*ad lunam trepidabis arundinis vmbram.*
...*vacuus coram latrone viator.*
...*in omni negotio formidoloſior eſt diues quam pauper.*
...quam ſtatuerunt trophæū. ἀλλ᾽ οἱ γὰρ ἀθυμοῦντες ἄν-
...ἐστησαν. *Euripides.*
...*trophæum nobile haud vnquam viri ſtatuere pauidi.*
...*in eos, qui per animi ſocordiam inertiamque nihil*
...*nihil arduum audent aggredi: aut qui periculi metu à*
...*negotiis, quum inſignis gloria non niſi magnis pe-*
.... Ein verzagter bekompt nit baldt den Fahnen.
...verzagter buhlet kein ſchön Weib,
...Ῥέψασπις.
...*ſiue diffiſus, abiicit animum ac deſinit contra conari.*
...metuit præteruolitantes.
...*de Repub.* ἀλλὰ δεδιότα μὲν τὰς παραπετομένας μυίας.
...*inquiens, etiam præteruolantes metuat, quamuis*
.... *Idem ſimilem quandam commemorat, in Moralium*
...*qui vſq; adeo ſunt timidi, vt etiam ſi ſorex obſtre-*
...*expaueſcant.*
...timidior. Ῥηγίνων δειλότερος.
...*apud Zenodorum, Sophronis, qui de menſibus ſcripſit,*
...*Dionyſii tyranni taxauit Rheginenſes, vt ignauos*
...*animique pauidi.*
...trepidas.
...*conſternaris, priuſquam appareat periculum.*
...color. τοῦ κακοῦ τρέπεται χρώς. *Plut.*
...*in metu, vt vultus exalbeſcat, maxime timidis,*
...*ſanguine ad vitalia refugiente.*
...morſu Deum inuocat. ἐν ψύλλης δήξει Θεὸν ἐπικα-

...*qui quantumlibet leui de re grauiter perturban-*
...*in maxima.*
...Imperator, & mulier miles. γυνὴ στρατηγεῖ, καὶ γυνὴ στρα-

Quoties totum negotium ignauis commiſſum eſt. Natura non de-dit, imperare, fœminis.

Ceruinus vir. ἐλάφειος ἀνήρ.

Olim dicebatur formidoloſus & fuga fidens magis, quam viribus. Germani à lepore metaphoram ſumentes, dicunt: Er hat ein Haſen Hertz. Item, Der Haaß ſtecket jhme im Buſen.

Gallus inſilit. ἀλεκτρυὼν ἐπιπηδᾷ.

Vbi quis victus redintegrat certamen. A gallorum certaminibus ſumptum.

Vir fugiens & denuo pugnabit. ἀνὴρ ὁ φεύγων, καὶ πάλιν μαχήσεται.

Senarius prouerbialis. quo monemur, non protinus abiicere animum ſi quid parum feliciter ſucceſſerit.

Leonis veſtigia quæris. τοῦ λέοντος ἴχνη ζητεῖς.

Dicterium in eum, qui verbis ferox eſſet, re timidus. Groß geſchrey vnd wenig wol/ ſagt jener Narr/ da er ein Saw beſchor.

Initio confidens, in facto timidus. θρασὺς πρὸ ἔργου, ἐν πολλοῖς ...κός. *Euſtathius.*

Audax ante negotium, alterumq; ignauus.

Lingua bellare. γλώττῃ πο...ζειν. *Euſtat.*

Dicuntur, qui magnifice conuiciantur, ac minantur hoſti, ſed cum tutum eſt. Das Schwert im Maul haben. *De fœminis autem peculiariter.* Wann die Weiber mit dem Maulſchwerdt kriegen/ ſoll man ſie nur auff die Scheiden ſchlagen.

Quum adſit vrſus, veſtigia quæris. ἄρκτου παρούσης τὰ ἴχνη ζητεῖς.

De iis dicitur, qui timiditate præſens negotium declinant, atque ad alias nugas diuertuntur.

Quum adſit via ſemitam quæris. ὁδοῦ παρούσης τὴν ἀτραπὸν ζητεῖς.

Conuenit in tergiuerſatores, qui quo præſens negotium ſubterfugiant diuerticula captant.

In formidoloſum.

In hominem vehementer pauidum, animoq; conſternatum, quadrabunt hi verſus Homeri:

> Οὐδέ μοι ἦτορ
> Ἔμπεδον, ἀλλ᾽ ἀλαλύκτημαι, κραδίη δέ μοι ἔξω
> Στηθῶν ἐκθρώσκει, τρομέει δ᾽ ὑπὸ φαίδιμα γυῖα.
> *Nec mihi mens conſtat, ſed mota vacillat, vt extra*
> *Pectus, cor ſalit & trepidant quoq; corporis artus.*

In fugitiuum,

Vbi quis impotenti animi cupiditate ad rem quampiam inſtigatur, præcipue parum honeſtam: vel potius. ſi quis turpiter fugiat: In hunc quadrabit, ſi dexteris, τοῦτον ἡ Κυναμυῖα ἄγει. *Cynamya eſt muſca canina.*

Ne my quidem audet facere. οὐδὲ μύζειν τολμᾷ.

Qui metu non auderent hiſcere, ii quondam negabantur my facere audere. Eſt enim ea litera maxime omnium muta, præſertim in fine os contrahens. Er darff nicht ein Gücklein außlaſſen.

Γρύζειν.

Prouerbio dicunt hiſcere, ſeu mutire. Sunt qui putant γρύζειν *eſſe vocem ſuillam edere.*

Corinthiis non indignatur Ilium. Κορινθίοις δ᾽ οὐ μέμφεται τὸ Ἴλιον.

Incuſat haud quaquam Ilium Corinthios. Hoc carmine exprobramus ignauiam alicui, qui ita ſe geſſerit, vt hoſtes nihil habeant, quod illi magnopere indignemur.

Λευκηπατίας.

Olim appellabatur formidoloſus. Compoſita vox ἀπὸ τοῦ λευκοῦ καὶ ἧπαρ, *quod plerunq; quibus vitiatum eſt hepar, palleant, qui color eſt formidoloſis ac timidis.*

In pedes retrocedit. ἐπὶ πόδα ἀναχωρεῖ.

De eo, qui metu dat locum potentiori, & reuocat ſe in tutum.

Myſorum præda. Μυσῶν λεία. *Ariſt.*

In eos olim dicebatur qui impune a quibuslibet læduntur ac diripiuntur.

Animus in pedes decidit.

Qui vehementer conſternantur atq; expaueſcunt, iis animus in pedes decidere dicitur.

Τάρβησαν, πᾶσιν δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός.

Pauor ingruit ingens.

Omnibus, inque pedes animus mox decidit imos. Das Hertz iſt jhm in die Hoſen gefallen.

Trepidat in morem galli cuiuſpiam. πτήσσει ὡς ἀλέκτωρ. *Ariſtoph.*

Id eſt trepidat tanquam gallus gallinaceus. In male affectum atque commotum.

Quem mater amictum dedit obſeruare. φυλάττειν τὴν περιβολήν, ἣν ἡ τιτθὴ περιέθηκε.

Pro eo quod eſt, pueriliter ex alieno præſcripto viuere.

Nulla candidorum virorum vtilitas. οὐδὲ λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος ἢ σκυτομεῖν.

In molles & effœminatos dictum, ac veluti voluptatibus natos,

Teuthidum more. καθάπερ αἱ Τευθίδες. *Plut.*

Quidam Teuthidas putant eſſe: quas nos vocamus Sepias, Sepia autem de genere mollium eſt piſcium. Vide Plin.l.9.c.51.

Scrupulum iniicere. *Terent.*

Solicitudinem iniicere animo cuiuſpiam. Et ſcrupulum eximere eſt ſolicitudinem tollere.

Non incedis per ignem. οὐκ ἐπὶ πυρὸς βέβηκας.

Quo ſignificabant aliquem plus ſatis feſtinare. Qui verſatur in re periculoſa, dicitur & ipſe per ignem incedere.

Domi leones, in acie vulpes. οἴκοι μὲν λέοντες, ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες.

De iis dicitur, qui in ſuos ſaui, non itidem audent aduerſus munitos.

¶ Exempla Biblica.

Timiditatis *exempla*: Iſraelitæ, 1, *Sam.* 13.6. Samuel, 16.2. Saul, 17. 11. Iſraelitæ, *v.* 24. Roboam, 2. *Par.* 2.13.7. Achaz, *Eſa.* 7.2. Nicodemus, *Ioan.* 3.2. parentes cœci nati, 9.22. multi principes, 12.42. Ananias, *Act.* 9.13. timiditatis pœna, *Apoc.* 21.8. timiditatis ſpiritus, 2 *Tim.* 1.6. Timoris *exempla*: Iacob, *Gen.* 32.7. fratres Ioſeph, 43.18. Iſraelitæ, *Exod.* 14.10. & 19.16 *Deut.* 5.5. 1. *Sam.* 7.7. Saul, 17.11. & 28.5. Elias, 1. *Reg.* 19.3. miniſter Eliſæi prophetæ, 2 *Reg.* 9. *v.* 15.16. Achaz, *Eſa.* 7.2. diſcipuli, *Matth.* 8.25. & 17.6. *Marc.* 6.49. *Luc.* 8.25. Porcorum cuſtodes, *Marc.* 5.15 Petrus, 9.6 Maria Magdalena, Maria Iacobi, & Salome, 16 *v.* 5.8 Zacharias, *Luc.* 2.12 vicini Zachariæ, *v.* 65 Paſtores, 2 *v.* 9 Capharnaitæ, 4.36 Scribæ & Pharisæi, 5.26 Viri Naim, 7.16 Petrus & alii, 9.34 mulieres, 24.5 Pilatus, *Ioan.* 19.8 timor præpoſterus, *Matth.* 10.28 *Luc.* 12.5 Timoris, quo mali bonos timent, *exempla*: Abimelech timet Abrahamum, *Gen.* 21. *v.* 22.23 Ægyptij Iſraelitas, *Exod.* 14 *v.* 24.25. Saul Dauidem, 1. *Sam*, 18 *v.* 28 29 Tertius quinquagenarius princeps, Eliam, 2 *Reg.* 4 *v.* 13 14 Gentes Iſraelitas, *Nehem.* 6 *v.* 15 16 Iudam Maccabæum, 1 *Macch.* 3 25 Principes Demetrij Ionathan, 12 *v.* 27 28 Lyſias Iudæos, 2 *Macch.* 11 *v.* 12 13 Herodes Ioannem Baptiſtam, *Marc.* 6 *v.* 19 20 cuſtos carceris Paulum & Silam, *Act.* 16 *v.* 27 28 20 Timoris Dei, *exempla*: Abraham, *Gen.* 22 12 Ioſeph. 39 *v.* 8 9 obſtetrices Hebræorum, *Exod.* 1.17 Ægyptij, 9 20 Hebræi, 14 31 Iſraelitæ, 1 *Sam.* 12 18 Dauid, 42 *v.* 5 6 1 *Paral.* 13 12 *Pſal.* 5 8 Babylonij Cuthæi, 2 *Reg.* 17 41 Iob, *Iob.* 1.8 & 2 3 Iudith, 8 *v.* 8 9 Eleazar, 2 *Macch.* 6 30 Simeon, *Luc.* 2 25 Fideles, *Act.* 8.2 Eccleſia Chriſti, 9 31 Cornelius Centurio, 10 *v.* 2 22 miles Centurionis, *v.* 7.

¶ Profana Exempla.

Aiunt *Piſandrum* fuiſſe quempiam prodigioſa timiditate: adeo vt anxius eſſet, ne ſuam ipſius animam alicubi videret, quæ ſe viuum reliquiſſet, inde ortum adagium: Timidior Piſandro. *Eraſ. in adag.*

Sophronus, qui de menſibus ſcripſit, filius, in gratiam Dionyſii tyranni taxauit Rheginenſes: vt ignauos in rebus bellicis, animique pauidi: quemadmodum teſtantur Græcorum adagiorum collectanea. Hinc prouerbium, Rheginis timidior. *Eraſ. in adag.*

Nerua annum agens circiter ſextum & ſexageſimum, Romanus princeps factus eſt. Cum iam vndique arcus & ſtatuæ diruerentur, aureiſque ac argenteis conflatis, quas Domitianus locari fecerat, grandis colligeretur pecunia: oborto timore, quaſi viueret Domitianus, & adforet? ita trepidare cœpit, vt colore mutato, ac voce amiſſa, vix conſiſteret: à Parthenio autem confirmatus, recepta fiducia ad ſolenne delinimentum conuerſus eſt. *teſte Aur. Sexto.*

Achillis Chironis ferulæ ſubditus, eiuſdem iram timuit: de eo ſic *Ouid. 1. Faſtori*

Phyllirides puerum citharæ præfecit Achillem:
Atque animos molli contudit arte feros.
Qui toties ſocios toties perterruit hoſtes,
Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem.
Quas Hector ſenſurus erat, poſcente magiſtro,
Verberibus iuſſas præbuit ille manus.

Celtæ Adriæ vicini ad Alexandrum Magnum miſſis legatis amicitiam illius expetiuere: eos ille conuiuio exceptos rogauit: quidnam omnium maxime pertimeſcerent? reſponſuros exiſtimans: Alexandri potentiam. Cui illi: hoc vnum, ne cœlum ruat. *Strab. lib.* 7.

Antemon tam timidus fertur, vt domi plurimum vixerit, duobus ſeruis ſupra caput æreum ſcutum tenentibus, ne quid ſuperne caderet, lectica non niſi adoperta vtebatur.

Heliogabalus tumultu militari exterritus, non obtulit ſe irato militi, ſed cum matre fœtidam cloacam petiit, vbi multis vulneribus confoſſus, turpem vitam turpiſſima morte finiuit.

¶ Hieroglyphica.

Io. Pierius Valerianus cuculum timidi hominis hieroglyphicum eſſe affirmat, quædam ex Horatio & Plutarcho in eum ſenſum proferens, aliaque lepide dicta, *lib.* 25. *c.* 28.

¶ Emblema.

A minimis quoque timendum.
Emblema CLXVIII. Andr. Alciat.

Bella gerit ſcarabæus, & hoſtem prouocat vltro.
Robore & inferior, conſilio ſuperat.
Nam plumis aquilæ clam ſe neq; cognitus abdit,
Hoſtilem vt nidum ſumma per aſtra petat.
Ouaq; confodiens, prohibet ſpem creſcere prolis:
Hocque modo illatum dedecus vltus abit.

Vide ſupra, Metus.